



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

14. An etiam Vagabundis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

SACR. MATRIM. TEMP. PEST. 505
soli notum, quia cum iudex sit, nequiesce
testis, unde impedimentum nullo modo
probari potest. Secus autem de parocho,
qui cum non sit iudex, potest de impedi-
mento testimonium perhibere.

QVÆSTIO XIV.

An etiam Vagabundis?

Quæstionis explicatio.

VEtat Concilium Tridentinum, ne pa-
stores matrimoniis vagantium inter-
fint, nisi prius diligentem inquisitionem
fecerint, num canonicum subsit impedi-
mentum, & in primis, an priore uxore re-
licta aliam & forte plures illa viuente in di-
uersis locis duxerint. Huius occasione q-
ritur, si vagabundi concubinarii in paro-
chia peste corripiantur, an tenebitur paro-
chus illorum matrimoniis interesse, & so-
lemnitates à Concilio pro huiusmodi ho-
minibus præscriptas, obseruare?

Responso.

Tenebitur interesse, & si tempus per-
mittat dictas solemnitates obseruare.
Prior pars probatur, quia is tenetur vag-
bundorum matrimoniis interesse, qui te-
netur

Li 5

306 DE NECES. ET MOD. MINIST.
netur alia sacramenta ministrare, ut Po-
nitentiæ, Eucharistiæ, Extrémæ Vnctionis,
præsertim cum credantur esse ad salutē ne-
cessaria. Altera probatur, quia ita præci-
pit Concilium Tridentinum, estque res
grauissima & maxime necessaria.

Addo (*si tempus permittat*) quia si alter
concubinorum peste infectus putetur
iam moriturus, & asserit se matrimonium
salutis suæ spiritualis causa contrahere vel-
le, poterit parochus facta per se diligentia,
quantum tempus patitur, illos matrimo-
nio coniungere, quia in huiusmodi casu,
sufficit adhibere substantialia: diligens
autem inquisitio & licentia Ordinarii, non
sunt de substantia matrimonii,

Dices: Valetne ergo matrimonium va-
gorum sic contractum extra necessitatem,
non præmissa dicta diligentia, nec ordina-
rii licentia petita?

R. Valet, quia ad matrimonii essentiam
tantum desideratur præsentia parochi &
duorum testium: siquidem ad eundem
finem exigitur haec diligentia pro vagabu-
dis, ad quem in eodem Concilio Triden-
tino petuntur denunciationes pro indige-
nis: sed his omissis valet matrimonium, vt
patet ex ipso Concilio; ergo & omisla illa
diligentia.

Deinde

Deinde Concilium non prohibet absolu-
lute matrimonium absque dicta licentia,
sed præcipit parochis, ut diligentiam præ-
mittant, licentiamque petant: Ergo eius
omissio culpa erit, graui quidem pena di-
gna: suspenditur enim parochus ob illam
ab officio suo ad triennium, non tamen vi-
tiabit matrimonium.

Q V A E S T I O X V .

An etiam illis, qui ad contagionem vitandam ex-
parochia, in qua est promulgatum decretum Con-
cilij Tridentini, matrimonia clande-
stina irritans, fugerunt in exter-
nam parochiam, in qua il-
lud non est promul-
gatum?

Quæstionis explicatio.

Matrimonia clandestina valida sunt
in iis locis, in quibus Decretum Cō-
ciliij Tridentini illa annullans non est pro-
mulgatum, ut patet ex ipso (*a*) Concilio:
Imo valida sunt, si illud quidem promul-
gatum fuit, sed non receptum, vel pra-
dicatum, & lapsi sunt decem anni, se-
cundum communem (*b*) Theologorum.
Quinimo

*a Sess. 24. de
matrim. c. 1.
in fine.*

*b c. 1. de rebus
ga. 5 pace*